

GVNDICAR VS PRIMVS REX BVRGVNDIONVM.



Gvndicarius dux Burgūdionū populi Germa-  
nię fortissimus extitit. Cū itaq; is uideret Ro-  
manas puincias passim uariarū gētiū, p̄sertim Ger-  
manorū incursione occupari, ipse suę gētis exēplo  
quoq; Rhenū trāsijt, atq; Sequanorū regionē om-  
nē lōgē lateq; populatus sibi subiecit. Itaq; Valēti-  
niani Cæsarīs tēpore, anno Christi 435. primus rex  
Burgūdionū creatus fuit. Cum aut̄ Cæsar id intelle-  
xisset, Aetiū ducē cū exercitu cōtra eū misit, ut Ro-  
manā puinciā liberaret. Itaq; aliquādiu à partibus  
bellū gestū fuit. Eodē aut̄ tēpore Frāci passim Gal-  
liā populabant̄, atq; ad interiora loca p̄gressi suū  
regnū ad maris usq; littora extēdere conabant̄. Ea  
necessitate Aetius compulsus cū Gundicario pacē fecit, atq; contra Francos  
profectus est. Itaq; Gundicarius īs in locis suum regnū firmauit, atq; moriēs  
filio suo Sigismundo reliquit, paulo ante ea tempora quib; Attila Hunnu  
Europam uastaret. Stumpff, lib. 4. Heluet. Huius familiam subīciemus.